



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

noua precepta dedit mundo. Tunc enim nostre veteri in vitijs enutrite: contrarietate opposuit nouitatis sue. Quid enim vetus quid carnalis homo nouerat: nisi sua retinere aliena rapere si posset concupiscere si non posset. Sed celestis medicus singulis quibus quibus obuiat adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicie calida frigidis: frigida calidis curantur. Ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis ut lubricis continentiam: tenacibus largitatem: iracundis mansuetudinem. elatis preciperet humilitatem. Tu autem. **R.** Hic est vere martyr qui pro christi nomine sanguinem suum fudit. Qui minus iudicium non timuit: nec terrene dignitatis gloriam quesivit: sed ad celestia regna: peruenit. **P.** Iustum deduxit dominus per vias rectas. et ostendit illi regnum dei. **R.** Ecce cum sequentibus tibi noua mandata proponere dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat Qui per vitam veterem aliena concupiscitis per noue conuersationis studium et vestra largimini. Quid ergo in hac lectione dicat audiamus. Qui vult ve-

nire post me abneget semetipsum. Ibi dicitur ut abnegetur mus nostra: hic dicitur ut abnegetur nos. Et fortasse non est homini laboriosum relinquere sua sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. **L.** **R.** Posuit coronam capiti meo et circumdedit me vestimento salutis. Ad expugnandas gentes et omnes inimicos. **P.** Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum. **Le. ii.** **M.** inus quippe est abnegare quod habet: valde autem multum est abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dominus minus precepit ut renunciamus nostris: quia qui ad fidem dei agonem venimus luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Audi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum mundo luctatur: citius ad terram deditur. quia habere unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia: nisi quedam corporis indumenta. Tu. **R.** Gloria et honore coronasti eum domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. **P.** Quoniam preuenisti ut s. **R.** Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei et dedit illi